



4
O 2579

v

CHRISTUS
CRUCIFIXUS

Celebratus

per

CHRISTIANUM GUEINZIUM
Gymnafii Hallenfis
Rectorem.

*Excudebat Hallis Saxonum PETRUS
FABER Typographus.*

1


6

3

7^o

Bernbardus :

Memoria crucifixi, crucifigat in nobis omne
viciū!



In dodecadelto religiosè sancitum ut bonorum laudes predicentur. Quod ipsum quis ignorat etiam sanctè observatum apud plerosq? Presens tempus inter Christianos idem fieri, dum Soteria Christi recoluntur, contestatur: nec sine ratione; Quia memoria acceptorum beneficiorum aeternanda est: & quia Pharus imitationis perpetuum observanda. Hoc igitur pium, hoc aequum continuat devota Christianorum societas, perpetuat sancta Ecclesia: cujus cum partes simus, aut numerus ad minimum, aequum erit idem agere & Christi recordari. Christiana certè Ecclesia ab aliquot retrò seculis integram hebdomadam, quæ magna dicitur, sacravit huic labori. Hinc fervet adhuc pietatis apud pios studium, quod hisce diebus, præteritis horis continuatum, usq; dum ad crucem Christi pervenit.

Ab Christiana pectora! devota anime! attollite capita vestra & contemplantini nobiscum JESUM, JESUM pendentem in cruce, illum qui in cruce dominatur. Uti verò audita minus movent, ita illa, quæ in oculos incurrunt, imò quæ in animos affluunt. Ergò

anima mea vos jam in excelsis montis Calvariae vertice
versari cogitate, sub pendentis umbræ vos habere esti-
mate. Et dum hic, oculis animarum vestrarum com-
plectimini Dominum regnantem in ligno, nudatum &
spoliatum suis vestibus, frigori expositum, totum totum
sanguinantem. Quod tamen non sui, sed nostræ causæ. Nos in
ligno maligno peccavimus, ille in ligno maligno expiat.
ô anima nos peccavimus, & ille luit! ô pectora, nos vul-
neravimus, & vulnerati sumus, & ille vulneribus suis
sanat. Et quidem, ô mirum! expansis manibus, laxatis
membris, demisso capite, lancea diritate in latere sini-
stro perfossus, Sacramenta initiat, & confirmat.

Ecce occidimus & crucifigimus ipsi Christum, &
ipse tamen nobis mera misericordiarum flumina fun-
dit: inclinat caput ad osculandum, extendit brachia
ad amplexandum, aperit latus ad salvandum. O mi-
sericordiam! ô clementiam! Non moveris ô homo? Non-
dum pateris? Si non, miracula, quæ pendente Christo
in cruce, monent nos, ut moveamur. Scissæ & fissæ sunt
petræ, num rigent pectora nostra adamantæ? Sepul-
chra mortuorum patefacta; & nos vivi, non sentie-
mus? ô mortem, ô mortem mortaliū, ultricibus flam-
mis vindicandam. Sol deficit & tristatur, & nos non
tristabimur? Fe ille gustavit, & acetum; & nos deli-
ciis affluemus? O Christiani Christum vestrum con-
templamini! Christum vestrum arbitramini, si Chri-
stiani

stiani esse desideratis. Et vel tandem cogitate, vestibus
non esse superbiendum, quia Christum nudum habetis:
tegumenta sunt iniquitatis nostrae, stultitiae illustra-
documenta. Misericordiam divinam in visceribus reponite,
pectore, & benefacite, vobis etiam malefacienti-
bus. Imò vel sola illa misericordia trahat Vos ad divi-
na & Christiana opera. Et si non percellant vos vo-
ces & monumenta sacra; tamen portenta tanta &
alia tangant eorum pectora, quae Spiritus Sanctus sibi
mancipavit. Quin tanta sunt beneficia Passionis, ut
nullius mens assequi, nullius lingua effari valeat. Gra-
ti ergò sumus meritumq; Christi verà & vivà fide appre-
hendamus, & pietatem constanter perseveremus; pa-
tiamurq; hic cum Christo, ut dominemur in aeternum
cum ipso. De quo uberius hodie differant,

GANGOLPHUS Müller | Haslöbiiensis - Thu-
ringus in Ligatâ.

ANDREAS Mögel | Hoierschroverda - Lusa-
tus in Prosâ.

CASPARUS Freyer | Hallensis - Saxo in
Ligatâ.

Interim nos nostris ad Cor Christi cordibus cum Bern-
hardo, ita suspiramus cuius meditationes pabulum
Angelicum, rivum paradisi medullam pietatis vocat
Heinsius Orat: 3. Summi

Summi Regis cor aucto,
Te saluto corde lato,
Te complecti me delectat,
Et hoc meum cor affectat
Ut ad te loquar animes.

Quo amore vincebaris,
Quo dolore torquebaris,
Cum te totum exhaurires,
Ut de nobis impartires,
Et nos à morte tolleres?

O mors illa quàm amara,
Quàm immittis, quàm avara,
Quæ per cellam introivit,
In qua mundi vita vivit,
Te mordens cor dulcissimum.

Propter mortem quam tulisti,
Quando pro me defecisti,
Cordis mei cor dilectum,
In te meum fer affectum,
Hoc est quod opto plurimum.

O cor dulce prædelictum,
Munda cor meum illectum,
Et in vanis induratum,
Pium fac & timoratum,
Repulso retrò frigore.

Per

Per medullam cordis mei,
Peccatoris atque rei
Tuus amor transferatur,
Quo cor totum rapiatur,
Languens amoris vulnere.
Dilatate, aperire,
Tanquam rosa fragrans mire,
Cordi meo te conjunge,
Unde illud & compunge,
Qui amat te, quid patitur?
Quidnam agat nescit verè,
Nec se valet cohibere,
Nullum modum dat amori,
Multa morte vellet mori,
Amore quisquis vincitur.
Viva cordis voce clamo,
Dulce cor, te namque amo:
Ad cor meum inclinare,
Ut se possit applicare
Devoto tibi pectore.
Tuo vivat in amore,
Ne dormiret in torpore,
Ad te oret, ad te ploret,
Te adoret, te honoret,
Te fruens omni tempore;

Rosa

Rosa cordis aperire,
Cujus odor fragrat mirè,
Te dignare dilatare,
Fac cor meum anhelare
Flamma desiderii.

Da cor cordi sociari,
Tecum JESU vulnerari,
Nam cor cordi similatur
Si cor meum perforatur,
Sagittis improperii.

Infer tuum intra sinum,
Cor ut tibi sit vicinum,
In dolore gaudio,
Cum deformi specioso
Quod vix seipsum capiat.

Hic repauset, hic moretur,
Ecce jam post te movetur,
Te ardentem vult sitire,
JESU noli contra ire,
Ut benè de te sentiat.

De Exercitiis censura

1.

Quod *molit* æternæ molis *molitrina* maligno
In ligno, Christi crux *molitrina* molit.
Ceu MOLLERUS ait. MOLLERUS inusque *molile*
Hoc agat, *Ambrosiam*, Crux *molitrina* parat.

2.

Omnia vita, Salus, medicina, *potentia Christi*
Passio, cœlestis, visque aditusque domus.
MOGELIUS monstrat. Tibi rursus *Passio Christi*
MOGELI, cœli *vimq;* aditumque dabit.

3.

Ex Cruce Tartaræ crux Christi liberat omnes,
Ad lucem per eam dum patefacta via est.
Hoc FREYERUS habet. Cupis & cruce liber ab omni
Esse? Vide! Christi *sub cruce liber* eris.

Guciazii.

F I N I S.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13



2579

TUS

FIXUS

tus

GUEINZLUM
allensis
m.

num PETRUS
graphus.

7.

